

i beni stabili e mobili dei veneziani esistenti in quelle parti (1); e che il secondo ringraziava da Avignone il comune di Padova degli ajuti somministrati in quell' occasione alle sue armi (2).

(1) La lettera del cardinale è del tenore seguente. « Universis presentes litteras » inspecturis Arnaldus miseratione divina » sancte Marie in porticu diaconus cardinalis apostolice sedis legatus salutem in » Domino. Noveritis quod tenore presentium facimus, constituimus et ordinamus » nostros vicarios, procuratores, actores, » factores et nuncios speciales, dilectos nobis in Christo Johannem de Osenago » priorem monasterii sancti Johannis de » Viridiaria de Padua ac Albertum Henselminum archidiaconum de Pedemonte » Paduane diocesis et quemlibet eorum in » solidum, ita quod non sit melior conditio » occupantis, ad petendum, exigendum et » recipiendum nomine Romane Ecclesie » atque nostro omnia bona mobilia et immobilia ecclesiastica et mundana, que » Venetorum rebellium et inobedientium » S.R.E. extiterunt a quibuscumque tenentibus et habentibus de eisdem et de » receptis finem et quietationem faciendum, etc. Datum Bononie die XXII mensis Julii, pontificatus Domini Clementis » Pp. V anno IV. » Ved. il Gennari, *Corso dei fiumi*, pag. 152; e il Verci, *Stor. della Marca Trivig.* docum. DVI.

(2) Ecco il breve pontificio: « Clemens » episcopus servus servorum Dei dilectis » filiis . . . . potestati . . . . capitaneo consilio et comuni Paduano salutem et apostolicam benedictionem. Gloriatur animus noster in domino nostrique sensus jucunditate multiplici perfundatur, » quod vos ab illo, qui omne datum optimum elargitur in benedictionibus preventi dulcedinis affluenter, honorem no-

strum et Romane Ecclesie matris vestre » ferventer expetit et sollicite promovetis. » Dum vos sicut filii benedictionis et gratie » contra detestabilem Venetorum seviciam » ferventibus animis insurgentes nuncios » nostris in civitate nostra Ferrariensi pro » ipsius civitatis defensione morantibus » circa defensionem hujusmodi jamdudum » viriliter astitistis et nuper sicut dilectus » filius noster Arnaldus, sancte Marie in » porticu diaconus cardinalis apostolice » sedis legatus, nos per suas litteras certificare curavit, vos contra dictos Venetos » sicut ejusdem Ecclesie strenni defensores mentes et animos obfirmantes, in dicte civitatis Ferrariensis subsidium destinare ducentos equites et mille pedites » decrevistis diversos modos exquirentes » et vias, ne victualia de terris et districtu vestris ad dictos Venetos vel ipsorum » exercitum deferrentur; eos nihilominus » Venetos in hoc culpabiles invenistis in exemplum et terrorem etiam aliarum civitatum notorie puniendos, de quo sinceritatis vestre constanciam tanto majoribus preconiis laudum attollimus, tantoque que uberioribus prosequimur actionibus gratiarum, quanto per hec amplius nostris et ejusdem Ecclesie vos gratos reddidistis affectibus, quantoque utilia magis et grata reputamus nobis obsequia impendisse. Cum igitur amantissimi filii » etc. Datum Avenione VIII kal. septembris, pontificatus nostri anno quarto. » Ved. a tale proposito il Gennari, *Corso dei fiumi*. pag. 150; e il Verci, *Stor. della Marca Trivig.* docum. DVII.